



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Rebus Britanniae Novis

Barclay, John

Francopoli, [ca. 1640]

Lectori.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39759**



## LECTORI.

**B**AUCAS dabit, & penè familiares hic libellus epistolas; ante aliquot menses diuersè primùm ac separatim, missas à viro Theologo in Britanniam; si fortè amica hæc admonitio valeret ad pacem regni apud Caluini ministros, Britannicæ Christianomachie solos authores. Nunc verò quando medicinam hanc, ut video, superat morbus; confertim in claram veniunt lucem, profutura saltem, ad speciem aliquam Britannicæ infelicitatis ante oculos ponendam: ut discant mortales ex hoc vno nobilissimi quondam regni casu, quàm sit pro-

A

na ad regnorum perniciem via,  
quando nouis hominibus, pristinae  
pietatis contemptoribus janua ape-  
ritur; & quod hoc opusculum osten-  
det, qui more veterum hereticorum  
nihil habent pro symbolo veritatis,  
praeter viuendi licentiam, & pro-  
fanas quasdam, atque insanas  
scripturarū interpretationes; sanè  
ex inani figmento capitis sui peti-  
tas. Hic etiam miraberis, Chri-  
stiane lector, aspiciens prodigio-  
sam hanc apud Britannos Christia-  
nomachiam, vbi acerbius hodie  
quàm vnquam bellum in Christia-  
nos accenditur; atque ita nouo im-  
petu redintegratur: ut ne quidem  
prima nobilitatis viris parcant, ex  
plebe nati Calvinistarum ministri:  
Deo, & magno Regi Britanniae in-  
gratissimi. Et quis non dicet Nero-  
niana per istos rediisse secula, vbi  
aspiciet viros eximiae dignitatis,  
aliòsque permultos, non hereticos,  
non principi rebelles, non vitio

no  
te  
pe  
sta  
&  
na  
be  
d  
re  
ti  
m  
V  
H  
e

ia, notatos, tam indignè atque atrociter ad extrema quæque rapi, & ob-prona ferocitate postulari de maiestate, solùm quia more maiorum & auito verè Christiani sunt. finio. vides lector, non quicquid lubet, licere: & primam, ut quidam sapienter dixit, euertendis regnis causam esse viuendi licentiam; supremam verò, & plurimum efficacem ab impietate oriri.  
Vale.

Deus venerunt Gentes in hæreditatem tuam; polluerunt templum sanctum tuum. *Psal. 78.*

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Deus venerans Genes in  
hereditatem tuam possidemus  
templum sanctum tuum. Amen.

10077  
H  
10077